filii plena presentia est · Quis autem potest a pa
tre & filio spm separare · cum uel appellare patrem
& filium · sine spu non queamus ·" Nemo enim dicit
dnm ihm · nisi in spu sco · Ergo si appellare dnm
ihm · nisi spu utiq; non possumus · possumus sine spu
predicare ·" Si autem & angeli predicant dnm ihm ·
quem nemo potest sine spu predicare · & in ipsis er
go sci sps munus operatur · ·XII·

Probauimus igitur unam presentiam esse · unam
gratiam patris & filii & sps sci · Que tam celestis atq;
diuina est · ut pro ea agat gratias filius patri dicens ·
Confiteor tibi pater · dne celi & terre · quod abscon
disti hec a sapientibus & prudentibus · & reuelasti il
la paruulis · Ergo cum una uocatio sit · una etiam
gratia est · Denique scriptum est · Gratia nobis &
pax a do patre · & dno ihu xpo · Ecce habemus quia
patris & filii · una pax est · Sed hec gratia & pax ·
fructus est sps · Sicut ipse apostolus docuit dicens ·
Fructus autem sps · caritas · gaudium · pax · patientia ·
Et bona pax & necessaria · ut nemo disputationum
turbetur incertis · & quietus circa di cultum per

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 102, p. 62 – Ambrose, De spiritu sancto and De incarnationis dominicae sacramento . Victricius of Rouen, De laude sanctorum (http://www.e-codices.ch/fr/csg/0102/62)